

Egregio ac Ornatissimo uiro, Sebastiano Hugelio ex Heilgēstein Iurium, ac humanarū litterarum in Inclito Heidelbergensiū Gymnasio, Ordinario profetori, ac nuper designato Resctori, Hēricus Sybold Medicinę professor.

S. D.

QUī Margaritā aliquā annulo inclusa p xeniolo donat amico, is munus nequissimū asp̄nabile donasse uulgo credit. Suauissime Sebastiane. At nos pro ineuntis anni, ac Magistrat⁹ tui foelici ingressu, et successu non Margaritā aliquā, sed delectū quēdam gemmarum Thesaurum, parauimus & destinauimus tibi, Thesaurum inquam, non quidem ex Indiæ, aut Arabiæ montibus, sed ex claris utriusq; linguæ autoribus congestum, Collectore Erasmo Stella, uiro non uulgariter erudito, qui insigniores lapillos, fere ubiq; in usu, & delitijs habitos, in hunc libellū ceu gemmeā quandā coronā conncinnauit. Idq; per genera colorū. Eum libellum dicamus humanitati tuæ, ob ueterem tuam in nos beneuolentiam. Non tam

A 2 naturę